



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

7 In cogitationibus Impii, interrogatio erit. Sap. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

nentur. Est via, quæ videtur homini re-  
cta, novissima autem ejus ducunt ad  
mortem.

## REGULA SEPTIMA.

In cogitationibus Impij interrogatio  
erit. Sap. 1.

### PARAPHRASIS.

Sicut impij timent homines, quamvis  
non timeant Deum, quando aliquod  
dubium habent proponendum in my-  
sterijs Religionis, dum sibi ipsi metu-  
lud proponunt: suam propriam secre-  
tò interrogant rationem, & ab ipsa  
inquirunt, unde sciat, quod mundus  
sit factus à Creatore, & quod post  
mortem sit aliquod Iudicium, aliqua  
futura vita, aliquis infernus, & ali-  
qua aeternitas.

### REFLEXIO.

**M**inores quæstiones in mundana  
Philosophia non sunt longæ à  
majoribus, per quas aliquis citò se red-  
dit Magistrum in Impietate, & discit au-  
daester sibi ipsi & suis asseclis propone-  
re dubia scandalosa contra æternas veri-  
tates.

Mani

Manichæus , qui interrogat suum  
micum , an sit Deus qui fecit has mi-  
cas ; brevi resolutionem etiam sumi-  
terrogandi , an sit Deus qui fecit ho-  
nes.

Aliquis Fridericus qui integras  
cietetates & suæ aulæ Philosophos in-  
rogat , an aves sint viventia anima-  
se ipsum facilè interrogabit , an An-  
geli sint viventes , & an dentur animæ  
mortales.

Pulchrum est in curiosis societati  
id agere erga bovinas & elephantina-  
rias , id quod facimus saxis & pen-  
dum eas confringimus , demonstrare  
quod sub falsa apparentia unitatis , n  
sint aliud , quam multitudo granorum  
arenæ & congeries pulverum . Sed  
deundo ex his conversationibus Aca-  
demicis , Democriti & Metrodori pi-  
ponunt in solitudine suis conscientiæ  
alias superbas quæstiones , & sustinere  
quod ab hominibus timenda magni-  
& divinum corpus , sed magna congrega-  
tio atomorum , qui in universo ultimi-

statu

Statum alicujus parvitatis invisibilis con-  
stituunt.

Attende tibi, pericula placent juven-  
tuti & stultitiæ. Sis prudens, & non se-  
quaris Magistros, qui suam stabiliunt  
scholam in finibus præcipitorum.

Regrediaris ab his tam procul, quâni  
potes, & quamvis hi fines tibi solidi ap-  
pareant, recordare quod tantum cœci in  
talibus locis figant pedem, ubi non in-  
digent nisi impulsu unius venti, ut in  
profundum alicujus abyssi projiciantur.

Verum est, quod illi, qui alios ad ta-  
lia pericula dducunt, dum p[er] blicè lo-  
quuntur, habeant tales impressiones &  
terminos qui sunt sicut exquisiti & pro-  
prii colores ad pingendam innocentiam,  
& veritatem super portam alicujus do-  
mûs, ubi illa non est: ex quo tamen ip-  
sorum Philosophia non redditur melior.

Ut aliquis sit sapiens & intrepidus  
Philosophus & minimè vituperandus,  
parum est, quod correctè loquatur, &  
quod nihil dicat, de quo possit accusari,  
ipsum punctum in eo consistit, taliter  
facere;

72 *Consilia Sapientiae*,  
facere , ut nostræ propositiones im-  
prehensibiles & innocentes non de-  
subjectum credulitatis , quod nosti  
cogitationes nihil valeant.

De scientiis idem est, quod de verbi  
periculosiores sunt castitati & modestiæ  
magis propinquæ , dum sub velo præ-  
dentiæ & modestiæ inveniuntur præ-  
priæ ad circumferendam corruptionem  
in cor hominis, cui datur ad intelligendem  
quod multas res possint cogitare, q[uod]  
ipse Doctor non audet dicere.

Non habeas curiositatem sciendi tenet  
am tuæ perditionis , & non eas ad se-  
lam , ut addiscas perire , vel ut ibi di-  
cas obliuisci , quod ab ipsis cunctis sa-  
nimi visti. Sis tam felix portandi evidenter  
signa bene creatæ animæ & rectæ ratio-  
nis , quod est nullam aliam doctrinam prude-  
xestimare , quæ illam quæ tibi prodi-  
natam ad cognoscendum Deum , & te jun-  
ctum ad illum æternaliter amandum.

**REGULA OCTAVA.**  
*Via stulti recta in oculis ejus ; qui-  
tem sapiens est , audi consili-  
Proverbi 12.*

PARA